An. et vol. XXXV 20 Martii 1943 (Ser. II, v. X) – Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Litterae Apostolicae, p. 65 – Epistula, p. 68 – Allocutio, p. 69.

Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis*: Provisio Ecclesiarum, p. 80 – *S. C. de Propaganda Fide*: Decretum, p. 81 – *S. C. Rituum*: I, II, III, IV. Decreta in causis beatificationis et canonizationis Servorum Dei, p. 82.

Acta Tribunalium: *S. Paenitentiaria Apostolica*: Decretum, p. 92.

Diarium Romanae Curiae: Udienze solenni – S. C. « de Propaganda Fide »: Nomina – Segreteria di Stato: Nomine – Necrologio, pp. 93-96.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XLIII

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 50 — extra Italiam, *L. it.* 70 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 4,50 extra Italiam, *L. it.* 5 —

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXV, n. 3 - 20 Martii 1943)

ACTA PII PP. XII

LITTERAE APOSTOLICAE

PAG.

I. *Exponendum Nobis.* - Basilicae Minoris honoribus decoratur cathedrale templum Birmingamiensis Archidioecesis. - *11 Iunii 1941* 65

II. *Decimo tertio saeculo.* - Templum paroeciale Florentinae civitatis in honorem S. Marci Deo dicatum titulo Basilicae Minoris ornatur. - *6 Ianuarii 1943* 66

EPISTULA

Pulcherrimum sane. - Ad Emum P. D. Petrum tit. Sanctae Crucis in Hierusalem S. R. E. Presbyterum Cardinalem Fumasoni Biondi, Praefectum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide. - *24 Februarii 1943* . 68

ALLOCUTIO

A Summo Pontifice habita, die 21 mensis Februarii a. 1943, VII ineunte anno Pont. Academiae Scientiarum, adstantibus Emis Patribus Cardinalibus, Excmis Exterarum Nationum Legatis et eiusdem Academiae Sociis, aliisque Romanae Curiae Praelatis praeclarisque Viris 69

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

Provisio Ecclesiarum 80

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

Orae Benini (Lagosensis). - Decretum. De nominis mutatione. - *12 Ianuarii 1943* 81

SACRA CONGREGATIO RITUUM

PAG.

I. *Ruthenen.* - Decretum reassumptionis causae canonizationis B. Mariae Gulielmae Aemiliae de Rodat, Virginis, Fundatricis Congregationis a Sacra Familia. - *6 Decembris 1942* . 82

II. *Pistorien.* - Decretum introductionis causae beatificationis Servi Dei Fratris Iosephi Giraldi, laici professi Ordinis Fratrum Minorum. - *6 Decembris 1942* 83

III. *Taurinen.* - Decretum introductionis causae beatificationis Servae Dei Ioannae Franciscae a Visitatione S. Mariae, in saeculo Annae Michelotti, Fundatricis Parvarum Servarum a S. Corde Iesu pro infirmis pauperibus. - *6 Decembris 1942* . . 86

IV. *Mediolanen.* - Decretum de *Tuto* pro beatificatione Ven. Servi Dei Contardi Ferrini, viri laici, Professoris Athenaei Papien. et aliorum. - *3 Ianuarii 1943* 89

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

Decretum. Oratio ad Sanctissimam Trinitatem indulgentiis ditatur. - *9 Februarii 1943* 92

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Udienze solenni 93

II. Sacra Congregazione «de Propaganda Fide»: *Nomina* 93

III. Sacra Congregazione dei Riti: *Varie* . 93

IV. Segreteria di Stato: *Nomine* . . . 94

V. Necrologio 96

An. et vol. XXXV 20 Martii 1943 (Ser. II, v. X) - Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BASILICAE MINORIS HONORIBUS DECORATUR CATHEDRALE TEMPLUM BIRMINGAMIENSIS ARCHIDIOECESIS.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Exponendum Nobis curavit Ven. Frater Thomas Williams, Birmingamiensium Archiepiscopus, die XXI huius mensis centesimum annum feliciter impletum iri, ex quo cathedrale templum, cura et studio Vicarii Apostolici illius temporis gothica structura erectum omnibus Angliae catholicis plaudentibus et summas Deo gratias agentibus, consecratum fuit, in eoque S. Cadonis reliquiae, tunc repertae, fidelium venerationi propositae fuerunt. Cuius cathedralis templi sollemnis dedicatio an. MDCCCXLI peracta spem attulit catholicis illius nationis quam maximam fore ut ad sinum communis Matris Ecclesiae plures in dies ex popularibus redirent. Quod quidem, favente Deo, ita factum est, ut dioecesis Birmingamiensis, anno MDCCCL constituta, ad Archidioecesis Metropolitanae dignitatem et gradum anno MCMXI elevata fuerit. Nunc autem ad consecrationis anni centenarii memoriam perennandam rogavit Nos Archiepiscopus, quem diximus, ut cathedralem ecclesiam Birmingamiensem ad dignitatem Basilicae Minoris evehere dignemur. Quibus votis Nos ultro libenterque annuendum censemus ut, non solum ipsi Praesuli Metropolitano oratori gratificemur, sed etiam omnibus Dioecesibus et christifidelibus Anglicae Nationis, qui urbem Birmingam, ex qua laudabilis reditus multorum ad unicum Christi

ovile felix habuit initium, diligunt et venerantur; ideoque sacram aedem cathedralem eiusdem urbis merito maximi faciunt et veluti monumentum historicum Catholicae Ecclesiae habent. Quare, audito Venerabili Fratre Nostro Carolo S. R. E. Cardinali Salotti, Episcopo Praenestino, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, attenta commendatione Nostri Apostolici Delegati in Anglica Ditione, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque in modum, Birmingamiensis archidioecesis cathedrale templum, ad titulum et dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus cum omnibus honoribus ac privilegiis quae huiusmodi titulo de iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Haec largimur, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI mensis Iunii, an. MCMXLI, Pontificatus Nostri tertio.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis*.

II

TEMPLUM PAROECIALE FLORENTINAE CIVITATIS IN HONOREM S. MARCI DEDICATUM TITULO BASILICAE MINORIS ORNATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Decimo tertio saeculo exeunte iam in Florentina urbe templum in honorem Sancti Marci exstructum, Eugenio Papa IV iubente, Fratrum Praedicatorum Ordo anno millesimo quadringentesimo tricesimo sexto obtinuit iugiterque inde per saecula ad haec usque nostra tempora illud optime ac feliciter tenuit. Fatiscens hoc sacrum aedificium Cosimus Medicus de nova Religiosa Sancti Dominici Familia meritus continuus eiusdemque suis bene factis prosecutor, instaurandum curavit per Michelotium artificem florentinum in aedificatoriis operibus sagacissimum, qui formis laboribusque suis fere per quinquennium productis templum Sancti Marci plane renovavit; ita ut illud Summus ipse Pontifex Eugenius, precibus tum Sancti An-

tonini, conventus tunc temporis prioris, ac postea archiepiscopi florentini, tum memorati Cosimi de Medicis benigne inclinatus, die Domini Nostri Iesu Christi Epiphaniae sacro anni millesimi quadringentesimi quadragesimi secundi sollemniter consecravit. At templum quod nunc exstat unica navi constitutum, insequenti saeculo sextodecimo octo altaribus in lateribus ditatum aliisque renovationibus ampliatum est, illique etiam adiectum, marmoribus et quidem insignibus artis operibus auctum, sacellum in quo adhuc Sancti Antonini Archiepiscopi, ut iam ipsius Sancti Marci conventus conspicui alumni, corpus servatur, Florentinorum veneratione iugiter excultum. Multa autem alia affabre facta opera templum idem exornant, quae clari nominis artificibus e Tusca regione adscribuntur; sed paramenta quoque in eodem non desunt supellexque sacra magni pretii ob suam etiam antiquitatem. Fratres vero Praedicatores, praedecessorum suorum ex optime merito Sancti Dominici Ordine vestigiis haerentes, pietate non minus quam doctrina sacrae aedis praedictae cultui et christifidelium bono sollertem operam continentemque praestant. Denique meminisse iuvat eodem in templo, quod a saeculo quarto decimo ineunte etiam est paroeciale, Confraternitates piasque Consociationes Ordinis proprias canonice exstare; nec non Actionis Catholicae Coetusque Vincentiani instituta ibi florescere. Nil mirum itaque si hanc sacram aedem tam conspicuis artis operibus ornatam, pretiosa supellectili refertam, sanctorum lipsanis locupletem, memoriisque historicis insignem, populus fidelis frequens ac devote celebrat. Haec animo repetentes, cum Capitulum provinciale ex Dominicana Sancti Marci et Sardiniae provincia nuperrime coactum suo ceterorumque sodalium nomine Nos efflagitaverit ut, occasione quinti anni saecularis a consecratione a Summo Pontifice Eugenio IV expleta, idem templum ad Basilicae minoris dignitatem evehere dignemur, ac tam S. R. E. Cardinalis Florentinorum Archiepiscopus quam Procurator generalis Ordinis praefati commendationibus suis amplissimis preces easdem augeant, optatis hisce annuendum ultro libenterque censemus. Quamobrem, audito Venerabili Fratre Nostro S. R. E. Cardinali Episcopo Praenestino, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum paroeciale templum Florentinae civitatis atque archidioecesis intra fines in honorem Sancti Marci Deo dicatum ad *Basilicae Minoris* dignitatem evehimus, honoribus privilegiisque solitis adiectis. Haec concedimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt,

amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VI mensis Ianuarii, an. MCMXXXXIII, Pontificatus Nostri quarto.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis.*

EPISTULA

AD EMUM P. D. PETRUM TIT. SANCTAE CRUCIS IN HIERUSALEM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM FUMASONI BIONDI, PRAEFECTUM SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Pulcherrimum sane ac periucundum filialis amoris atque obsequii testimonium Nobis, consecrationis episcopalis memoriam quinquies viciesque renovantibus, Collegium atque Athenaeum Urbanum de Propaganda Fide voluit perhumaniter praebere. Volumen enim adfabre compositum, reverenter Nobis dicatum, quod inscribitur « Tu es Petrus », non exrivulis, sed ex catholicae doctrinae fontibus prolatum, divinam Ecclesiae originem ac Petri eiusque in Romana Sede Successorum principatum luculenter vivideque ostendit. In eo refulgent profecto Evangeliorum loci, priorum Patrum testimoniis confirmati inque recentiores gentium linguas fideliter conversi, quibus catholicae Ecclesiae constitutio super solidissimo Petri fundamento planissime arguitur atque declaratur. Plura accedunt ipsorum Patrum ac Romanorum Pontificum documenta, quibus suprema Episcoporum Romanorum auctoritas primaevo Ecclesiae ipsius flore comprobatur. Varietas autem regionum, ex quibus testimonia proveniunt, et diversa tot sermonum concinnitas ad unitatem Ecclesiae eiusque traditionis in tanta gentium ac terrarum varietate illustrandam haud parum conferre videntur. Praeclarum igitur eiusmodi opus, quod ipse, Dilecte Fili Noster, « Romanae fidei testimonium » iure ac merito appellasti, et nuntium praeterea sollemnis de episcopali Nostra consecratione commemorationis, quam idem Collegium atque Athenaeum proxime celebrabit, libentissime excepimus gratosque animi Nostri sensus aperte benigneque profitemur. Minime autem dubitamus, quin universi alumni de Propaganda Fide, tum isti, qui adhuc Romae,

ante oculos Nostros commorantes, virtutes omnis generis exercendas doctrinasque in posterum evulgandas sedulo addiscunt, tum illi, qui nunc per varias orbis partes disseminati, sollemnia proxima animis participantes, quondam Romanam Fidem et pietatem largis haustibus in Urbe potaverunt, flagrantiore erga Ecclesiam Petrique Cathedram sint amore exarsuri et sacri apostolatus opera ad pacificum Christi regnum amplificandum magis magisque expedituri. Horum interea caelestium donorum conciliatrix et praenuntia peculiarisque Nostrae dilectionis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, Collegii istius atque Athenaei de Propaganda Fide moderatoribus, doctoribus atque alumnis, qui nunc sunt aut prius fuere, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXIV mensis Februarii, in festo Sancti Matthiae Apostoli, anno MDCCCCXXXXIII, Pontificatus Nostri quarto.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

Summus Pontifex, die 21 mensis februarii a. 1943, VII ineunte anno Pont. Academiae Scientiarum, adstantibus Emis Patribus Cardinalibus, Excmis Exterarum Nationum Legatis et eiusdem Academiae Sociis, aliisque Romanae Curiae Praelatis praeclarisque Viris, haec verba fecit.

In questa solenne adunanza, onorata dalla presenza di Signori Cardinali, di illustri Diplomatici, di alti personaggi e di insigni cultori del sapere, l'occhio Nostro, ancora una volta, rivede in voi, Eccmi Accademici, i sapienti e indefessi indagatori della natura e dell'universo, che certo voi non cessate di ammirare, se è vero quel che Platone pone in bocca a Socrate e insegnò al discepolo suo Aristotele, che dell'amante della sapienza è massimamente proprio il sentimento dell'ammirazione, poichè, fuori di questo, non ha altro principio, comunque s'intenda, la filosofia.[1] Voi ammirate l'universo, dai confini profondissimi del cielo stellato alla minimissima struttura dell'atomo; e nella grandiosa magnificenza del mondo creato vedete il tempio dell'ordine e della potenza divina. Voi conoscete, voi ammirate la smisurata grandezza di questa macchina dell'universo, della quale il meno da pregiarsi è l'immensità

[1] Nel Θεαίτητος, n. XI.

dei suoi termini, la moltitudine dei corpi e degli elementi, la velocità dei moti, la varietà e bellezza delle parti; mentre — come osservammo già nell'ultimo Nostro discorso in questa Accademia — il più mirabile da considerarsi è la disposizione dell'ordine che tutto distingue e unisce, intreccia e concatena, e accorda le stesse discordanti nature irrazionali con tanta fedeltà e legame scambievole, che, salvo a ciascuna l'operare secondo il diverso istinto della propria inclinazione, tutte, da un principio senza saperlo, cospirano ad un fine senza volerlo.[3] Un tale ordine universale voi lo contemplate, voi lo misurate, voi lo studiate: non è nè può essere frutto di cieca assoluta necessità, e nemmeno del caso o della fortuna: il caso è un parto della fantasia; la fortuna un sogno della umana ignoranza. Nell'ordine voi cercate una ragione che ab intrinseco la governi, un ordinamento della ragione in un mondo che, anche senza vita, si muove come se vivesse, e opera a disegno come se intendesse: in una parola, voi cercate la legge, la quale è appunto un ordinamento della ragione di Chi governa l'universo e l'ha fissato nella natura e nei movimenti del suo inconscio istinto.

Importanza della questione

In questa ricerca delle leggi che governano il mondo voi andate incontro a Dio e ne investigate le orme da lui lasciate, quando ne ebbe compiuta la creazione; e Noi ammiriamo le vostre conquiste negl'immensi campi della natura. Le indagini sperimentali degli ultimi decenni, che pur si riannodano con gli studi e i lavori della fine del secolo scorso, vantano scoperte e invenzioni di capitale importanza, se si pensi anche solo alle trasformazioni artificiali del nucleo atomico, alla frantumazione dell'atomo, alle meraviglie del microcosmo, svelate dal microscopio per elettroni. I progressi scientifici hanno condotto alla conoscenza di nuove leggi nei fenomeni della natura e rischiarato di nuova luce la questione della essenza e del valore delle leggi fisiche. Non vi è forse problema che interessi e occupi oggi tanto i più eminenti scrutatori del mondo naturale — fisici, chimici, astronomi, biologi e fisiologi —, e anche i moderni cultori della filosofia naturale, quanto il tema delle leggi che reggono l'ordine e l'azione delle materie e dei fenomeni operanti nel nostro globo e nell'universo. Si tratta infatti di questioni fondamentali, la cui soluzione è non meno decisiva per l'oggetto e lo scopo di ogni scienza naturale, che importante anche per la comprensione metafisica, radicata nella realtà obbiettiva.

[3] Cfr. Bartoli, *Delle grandezze di Cristo*, c. 2.

Mutamenti nel concetto della legge fisica – Leggi dinamiche e leggi statistiche

Una vera e rigida legge dinamica rappresenta una stretta norma regolatrice dell'essere e dell'azione delle cose, in guisa da escludere ogni eccezione di ordine naturale. Scoperta per induzione dall'osservazione e dall'esame di molti casi particolari simili, permette di prevedere, e spesso ancora di calcolare anticipatamente, in modo deduttivo, altri casi particolari nell'ambito della sua applicazione; come fanno la legge della gravità, le leggi della riflessione e rifrazione della luce, la legge della costanza del rapporto dei pesi nelle combinazioni chimiche, e tante altre. Ma il concetto di legge fisica non è perdurato il medesimo; e giova seguire i mutamenti della sua formazione e valutazione, quali si svolsero nel corso degli ultimi cento anni. All'inizio del secolo passato era già nota la legge della conservazione della massa; seguì la conoscenza di rilevanti leggi dell'ottica, dell'elettricità e soprattutto della chimica fisica; scoperte coronate infine da quella delle leggi generali dell'energia. Non è quindi meraviglia, se, al nascere del monismo materialistico, la legge della meccanica fosse esaltata come dea sull'ara della scienza, e al suo dominio assoluto venisse a piegarsi suddito e ligio non solo il mondo della materia, ma anche il regno della vita e dello spirito. L'universo pertanto altro non era che lo smisurato impero del moto; e, secondo una tale concezione, come espose plasticamente il Du Bois-Reymond, nel suo discorso *Über die Grenzen des Naturerkennens*,[3] doveva esistere una formola universale meccanica, conoscendo la quale un genio universale, o mente « laplaciana », sarebbe capace di comprendere pienamente tutto quanto avviene al presente, e nulla per lui arriverebbe incerto, presentandosi chiaro al suo sguardo, così il sepolto passato, come il più lontano futuro. Concetto questo espresso anche dal grande matematico francese Henri Poincaré, quando scriveva: « Tout phénomène, si minime qu'il soit, a une cause, et un esprit infiniment puissant, infiniment bien informé de lois de la nature, aurait pu le prévoir dès le commencement des siècles ».[4] Il postulato sulla « causalità fisica chiusa » non ammetteva dunque alcuna eccezione nè alcun intervento nel corso delle attività fisiche, per esempio con un miracolo. Ma questo postulato pareggia l'antico detto che, posta la causa, anche sufficiente, di necessità viene posto l'effetto: sentenza, che il gran Dottore d'Aquino col Filosofo di Stagira dimostrò falsa, perchè

[3] Leipzig, 1907.

[4] *Science et méthode*, p.

non ogni causa è tale, quand'anche sia sufficiente, che il suo effetto non sia possibile a impedirsi, almeno per libera azione umana. In altri termini: ogni effetto ha necessariamente una causa, ma non sempre una causa necessariamente operante, essendovi anche cause che agiscono liberamente.[5]

Eppure un uomo della capacità di Virchow pronunziava alla 47ª assemblea annuale degli scienziati e dei medici tedeschi nel 1874 le gravi parole: « Non è certo una presunzione della scienza naturale, se affermiamo che le leggi naturali sono assolutamente efficaci in tutte le circostanze e non soggiacciono a sospensione in un qualsiasi tempo ». Ma il Virchow non aveva veduto tutte le circostanze degli eventi del passato nè di quelli dell'avvenire; e la sua era veramente una presunzione, come lo svolgimento scientifico degli ultimi decenni lascia facilmente riconoscere. Il crasso materialismo di allora si è dimostrato da tempo insostenibile o è venuto a tramutarsi in quel tenebroso angelo di luce[6] che si ammanta di spirito e di panteismo; e l'affermazione delle leggi naturali, non sofferenti eccezione alcuna, è rimasta dal progresso della scienza esatta talmente scossa, che oggidì appena è che non si cada nell'altro eccesso di parlare solo di regole medie, di norme statistiche e di leggi di probabilità. Tale pensamento in tanto è legittimo, in quanto moltissime leggi del mondo sensibile o macrocosmo manifestano un carattere statistico — perchè non esprimono il modo di comportarsi di ogni singolo ente, ma il procedimento medio di un immenso numero di enti simili — e così si prestano a essere trattate per mezzo del calcolo delle probabilità.

Ma il voler vedere solo leggi statistiche nel mondo è un errore dei tempi nostri, come uno straniarsi dalla natura dell'ingegno umano, — il quale

solo da sensato apprende
ciò che fa poscia d'intelletto degno[7]

— è l'asserire che dell'antica concezione rigidamente dinamica della legge naturale possa farsi del tutto a meno e sia divenuta vuota di senso. Anzi tant'oltre si avanza il recente positivismo a fianco del convenzionalismo, da metter in dubbio persino il valore della legge causale.

[5] Cfr. *In libros Peri hermeneias*, l. I cap. IX lect. XIV, n. 11.
[6] Cfr. *Eph.* 6, 12; 2 *Cor.* 11, 14.
[7] *Par.* IV, 41-42.

Che cosa è la scienza?

Questo pensiero positivistico viene a buon diritto rigettato dalla sana filosofia. Che cosa è invero la scienza se non la conoscenza certa delle cose? E come è possibile acquistare questa conoscenza, se delle cose non si scrutano i principi e le cause, da cui procede la dimostrazione del loro essere e della loro natura e azione? Voi osservate, voi ricercate, voi studiate e sperimentate la natura per comprenderne i principi e le cagioni intrinseche, per penetrare le leggi reggitrici della sua costituzione e del suo agire, per ordinare il processo di tali leggi, per dedurne una scienza con principi, cause e conclusioni promananti per logica conseguenza. Voi cercate dunque la regolarità e l'ordine nei vari regni della creazione; e quale e quanta ricchezza ne ha scoperto lo spirito indagatore dell'uomo!

Il sistema delle leggi naturali

a) nel mondo inorganico

Ecco infatti, anche solo per cenni, nel macrocosmo dei fenomeni puramente fisico-chimici le numerose particolari leggi della meccanica dei corpi solidi, liquidi e gassosi; le leggi dell'acustica e del calore, della elettricità, del magnetismo e della luce; le leggi dell'andamento della reazione e dell'equilibrio chimico nella chimica inorganica e organica: leggi particolari che sovente si elevano a norme più alte e generali, così da far comprendere e riconoscere in gran numero gruppi di fenomeni naturali, che sulle prime sembravano privi di ogni interna relazione, quali conseguenze di una legge superiore. Ecco le leggi del moto dei pianeti riallacciarsi alla legge universale della gravitazione. Le celebri equazioni di Maxwell non hanno forse gettato un ponte tra i fenomeni dell'ottica e dell'elettricità, e tutti i fenomeni naturali nel mondo inorganico non sottostanno alla legge della costanza e dell'entropia? Se fino a non molto tempo fa si conoscevano due leggi costanti: quella della conservazione della massa e quella della conservazione dell'energia, le più recenti indagini hanno provato con fatti e argomenti sempre più convincenti che ogni massa è equivalente a una determinata quantità d'energia e viceversa. Quindi le due antiche leggi di conservazione sono a rigore applicazioni speciali di una legge superiore più generale, la quale dice: in un sistema chiuso, nonostante tutti i cambiamenti, anche dove si trova una notevole trasformazione di massa in energia o viceversa, la somma di ambedue resta costante. Questa superiore legge di

costanza è una delle chiavi, di cui oggi si serve il fisico dell'atomo per penetrare nei misteri del nucleo atomico.

Un tale sistema scientifico riccamente connesso e ben organizzato del macrocosmo contiene fuori d'ogni dubbio molte leggi statistiche, le quali però, considerata la moltitudine degli elementi, atomi, molecole, elettroni, fotoni, ecc., non sono per sicurezza ed esattezza notevolmente da meno delle leggi strettamente dinamiche. In ogni caso, esse sono fondate e quasi ancorate in leggi rigidamente dinamiche del microcosmo, sebbene la conoscenza delle leggi microcosmiche ci sia nei particolari ancora quasi del tutto nascosta, per quanti sforzi poderosi le nuove ardite indagini abbiano fatti per penetrare nell'attività misteriosa dell'interno dell'atomo. Di mano in mano potranno cadere questi veli: scomparirà allora il carattere apparentemente non causale dei fenomeni microcosmici: un nuovo meraviglioso regno dell'ordine, dell'ordine anche nelle particelle minime, sarà scoperto.

E veramente sorprendenti ci si presentano questi intimi processi della investigazione dell'atomo, non solo perchè aprono dinanzi al nostro sguardo la cognizione di un mondo dianzi sconosciuto, la cui ricchezza, molteplicità e regolarità sembrano in qualche modo gareggiare con le sublimi grandezze del firmamento, ma anche per gli effetti imprevedibilmente grandiosi che la tecnica stessa ne può attendere. A questo riguardo non possiamo astenerCi dal far menzione di un mirabile fenomeno, del quale il Nestore della fisica teorica, Max Planck, Nostro Accademico, ha scritto in un suo recente articolo *Sinn und Grenzen der exakten Wissenschaft*.[8] Le singolari trasformazioni dell'atomo hanno per lunghi anni occupato soltanto gli scrutatori della scienza pura. Senza dubbio era sorprendente la grandezza della energia che talvolta vi si sviluppava; ma poichè gli atomi sono estremamente piccoli, non si pensava seriamente che potessero mai acquistare una importanza anche per la pratica. Oggi invece tale questione ha preso un aspetto inatteso in seguito ai risultati della radioattività artificiale. Si è infatti stabilito che nella disgregazione, che un atomo di uranio soffre, se è bombardato da un neutrone, si rendono liberi due o tre neutroni, ognuno dei quali si lancia da solo e può incontrare e frantumare un altro atomo di uranio. In tal modo si moltiplicano gli effetti, e può accadere che l'urto continuamente crescente dei neutroni su atomi di uranio faccia aumentare in breve tempo il numero dei neutroni divenuti liberi, e proporzionatamente la somma di energia che da essi si sviluppa, fino ad una misura

[8] In *Europäische Revue*, Februar 1942.

del tutto enorme e appena immaginabile. Da un calcolo speciale è risultato che in tal guisa in un metro cubo di polvere di ossido di uranio in meno di un centesimo di secondo si svolge un'energia sufficiente a sollevare per 27 chilometri un peso di un miliardo di tonnellate: una somma di energia che potrebbe sostituire per molti anni l'azione di tutte le grandi centrali elettriche di tutto il mondo. Il Planck termina con l'osservare che, sebbene non si possa ancora pensare a mettere tecnicamente a profitto un così tempestoso processo, tuttavia esso spiana il cammino a serie possibilità, di maniera che il pensiero della costruzione di una macchina di uranio non può essere stimato come una mera utopia. Soprattutto però sarebbe importante che non si lasciasse effettuare tale processo a modo di esplosione, ma che se ne frenasse il corso con adatti e vigili mezzi chimici. Altrimenti ne potrebbe seguire non solo nel luogo stesso, ma anche per l'intiero nostro pianeta, una pericolosa catastrofe.

b) nelle sfere della vita vegetativa e sensitiva

Se ora dagli sterminati campi dell'inorganico ci solleviamo nelle sfere della vita vegetativa e sensitiva, vi ritroviamo un nuovo mondo di leggi nella proprietà, nella moltitudine, nella varietà, nella bellezza, nell'ordine, nella qualità e nell'utilità delle nature che empiono l'orbe terraqueo. Accanto a molte leggi del mondo inorganico, noi rinveniamo altresì leggi specificamente superiori, leggi proprie della vita, che non possono ricondursi a quelle puramente fisico-chimiche, a quel modo che torna impossibile considerare gli esseri viventi al pari di mere somme di componenti fisico-chimici. È un nuovo meraviglioso orizzonte che la natura ci presenta; e Ci basti solo come esempi ricordare: le leggi dello sviluppo degli organismi, le leggi delle sensazioni esterne e interne, e sopra ogni cosa la fondamentale legge psico-fisica. Anche la vita superiore spirituale è regolata da leggi di natura, per lo più così qualificate che il definirle con precisione si fa tanto più difficoltoso, quanto più in alto stanno nell'ordine dell'essere.

Realtà obbiettiva della conoscenza

Questo mirabile e ordinato sistema di leggi qualitative e quantitative, particolari e generali, del macrocosmo e del microcosmo oggi sta innanzi agli occhi dello scienziato nel suo intreccio in buona parte svelato e scoperto. E perchè lo diciamo scoperto? Perchè non è proiettato nè costruito da noi nella natura, mercè una pretesa innata forma soggettiva della conoscenza o dell'intelletto umano, ovvero artefatto a van-

taggio e uso di una tale economia di pensiero e di studio, per rendere cioè la nostra cognizione delle cose più agevole; e neppure è il frutto o la conclusione di intese o convenzioni di sapienti investigatori della natura. Le leggi naturali esistono, per così dire, incarnate e occultamente operanti nell'intimo della natura, e noi con l'osservazione e con l'esperimento le cerchiamo e scopriamo.

Non dite che la materia non è una realtà, ma una astrazione foggiata dalla fisica, che la natura è in sè inconoscibile, che il nostro mondo sensibile è un altro mondo a sè, dove il fenomeno, ch'è apparenza del mondo esteriore, ci fa sognare la realtà delle cose che occulta. No: la natura è realtà, e realtà conoscibile. Se le cose appaiono e sono mute, hanno però un linguaggio che parla a noi, che esce dal loro seno, come l'acqua da una fonte perenne. Il loro linguaggio è la loro causalità che arriva ai nostri sensi con la vista dei colori e del moto, col suono dei metalli, dei turbini e degli animali, con la dolcezza e l'amarezza del miele e del fiele, col profumo dei fiori, con la durezza, il peso e il calore della loro materia, imprimendo in noi una immagine o similitudine, che è mezzo al nostro intelletto per ricondurci alla realtà delle cose. Onde voi non parlate già della immagine o similitudine del nostro intelletto, ma bensì delle cose stesse; e sapete distinguere il fenomeno del vostro mondo sensibile dalla sostanza delle cose, l'apparenza dell'oro dall'oro stesso, come l'apparenza del pane dal pane medesimo, della cui sostanza vi fate cibo per assimilarla e immedesimarla con la sostanza del vostro corpo. Il moto delle cose verso di noi causa in noi una similitudine; senza similitudine non può esservi conformità del nostro intelletto con le cose reali, e senza similitudine torna impossibile la cognizione; e noi non possiamo dir vera una cosa alcuna se non ha una qualche adeguazione al nostro intelletto. Le cose, donde la mente nostra prende la scienza, misurano la nostra mente e le leggi che noi in esse ritroviamo e ne ricaviamo, ma sono misurate da quell'eterno intelletto divino, nel quale sono tutte le cose create, come nella mente dell'artefice è ogni opera dell'arte sua.[9] Che fa la mano e l'ingegno dello scienziato? Le scopre e le svela, le distingue e le classifica, non come colui che segue uccelli volanti, ma come chi ne è in possesso, e ne ricerca la natura e le proprietà intrinseche. Quando Lothar Meyer e Mendelejew nel 1869 ordinarono gli elementi chimici in quel semplice schema oggi indicato come il sistema naturale degli elementi, erano profondamente convinti di aver trovato un ordinamento regolare, fondato sulle loro proprietà e

[9] Cfr. S. Thomas Aquin., *De veritate*, q. 1 a 2.

tendenze interne, una classificazione suggerita dalla natura, il cui progressivo svolgimento prometteva le più penetranti scoperte sopra la costituzione e l'essere della materia. Di fatto da quel punto prese le mosse l'investigazione atomica moderna. Al tempo della scoperta la cosiddetta economia mentale non veniva in considerazione, poichè quel primitivo schema mostrava ancora molte lacune; nè poteva trattarsi di convenzione, poichè le qualità della materia stessa imponevano tale ordinamento. Questo è solo un esempio tra i molti, donde i più geniali scienziati del passato e del presente sono venuti nella nobile persuasione di essere gli araldi di una verità, identica e la medesima per tutti i popoli e le stirpi che calcano il suolo del globo e guardano il cielo; una verità, poggiante nella sua essenza su una *adaequatio rei et intellectus,* che altro non è se non l'acquisita conformità, più o meno perfetta, più o meno compiuta, del nostro intelletto alla realtà obbiettiva delle cose naturali, in che consiste la verità del nostro sapere.

Confutazione del fenomenismo

Ma non prendete abbaglio, come quei filosofi e scienziati i quali stimarono che le nostre facoltà conoscitive non conoscono se non le proprie mutazioni e sensazioni, sicchè furono tratti a dire che il nostro intelletto arriverebbe ad avere la scienza solo delle similitudini ricevute dalle cose, e perciò solo le immagini delle cose, e non già le cose stesse, sarebbero l'oggetto della nostra scienza e delle leggi che formuliamo rispetto alla natura. Manifesto errore! Non sono forse le medesime cose, e quelle che voi intendete, e quelle di cui parla, ragiona e discute la vostra scienza? Parliamo Noi a voi stessi, o alle immagini che si formano nel Nostro occhio dal vedervi qui presenti? Se dunque ciò che voi intendete e conoscete fossero solo le immagini delle vostre sensazioni, ne seguirebbe che tutte le vostre scienze fisiche, dalle stelle all'atomo, dal sole alla lampada elettrica, dai minerali ai cedri del Libano, dai microbi all'uomo e ai farmachi per i suoi morbi, non tratterebbero delle cose che sono fuori dell'anima vostra, ma soltanto di quelle similitudini intelligibili che anche sognando contemplate dentro l'anima vostra. La scienza, che esalta un Copernico e un Galileo, un Kepler e un Newton, un Volta e un Marconi, e altri famosi e benemeriti investigatori del mondo fisico che ci circonda esterno, sarebbe un bel sogno di mente sveglia; un bel fantasma del sapere fisico; l'apparenza sostituirebbe la realtà e la verità delle cose; e altrettanto vero sarebbe l'asserire quanto il negare una stessa cosa. No; la scienza non è dei sogni nè delle simili-

tudini delle cose: ma delle cose stesse attraverso il mezzo delle immagini che da loro raccogliamo, perchè, come dopo Aristotele insegnò l'Angelico Dottore, la pietra non può essere nell'anima nostra, sì bene la immagine o figura della pietra, che simile a sè essa produce nei nostri sensi e poi nel nostro intelletto, affinchè per tale somiglianza possa essere e sia nell'anima nostra e nel nostro studio e ci faccia ritornare a lei, riconducendoci alla realtà.[10] Anche le recenti indagini della psicologia sperimentale attestano, o meglio confermano, che queste similitudini non sono mero prodotto di un'attività soggettiva autonoma, ma reazioni psichiche a stimoli indipendenti dal soggetto, provenienti dalle cose stesse; reazioni conformi alle diverse qualità e proprietà delle cose, e che variano col variare dello stimolo.

Le immagini dunque, che le cose naturali o per via della luce e del calore, o per via del suono, del sapore e dell'odore o in altro modo, imprimono negli organi dei nostri sensi e attraverso i sensi interni arrivano al nostro intelletto, non sono che lo strumento fornitoci dalla natura, nostra prima maestra del sapere, per farsi conoscere da noi; ma non è men vero che noi possiamo esaminare, studiare, indagare un tale strumento e riflettere su queste immagini e su quanto esse ci presentano della natura e sulla via per la quale si fanno nostre fonti di cognizioni del mondo che ci attornia. Dall'atto, con cui il nostro intelletto intende la pietra, noi passiamo all'atto d'intendere come l'intelletto nostro intende la pietra; atto che seconda il primo, perchè l'uomo, nascendo senza idee innate e senza i sogni di una vita anteriore, entra vergine d'immagini e di scienza nel mondo, nato fatto — come già abbiamo ricordato — ad « apprendere solo da sensato ciò che fa poscia d'intelletto degno ».

Conclusione

Ammirate, o investigatori della natura e delle leggi che la governano, al centro dell'universo materiale la grandezza dell'uomo, al cui primo incontro con la luce, da lui salutata con gemito infantile, Iddio tiene aperto il teatro della terra e del firmamento con tutte le meraviglie che lo incantano e attirano i suoi occhi innocenti! Questo teatro che mai è se non il fondamentale e primo oggetto di ogni cognizione umana, la quale di lì s'inizia con mille e mille immagini che la maestra natura versa e riversa nell'avidità dei nostri sensi? Voi stupite in voi stessi; voi scrutate i vostri atti interiori, vi ripiegate in voi a cercarne le fonti,

[10] Cfr. *S. Th.*, 1 p., q. 76, a. 2 ad 4.

e le rinvenite in quei sensi interni, in quelle potenze e facoltà, che fate oggetto di una nuova scienza di voi stessi, dell'intima vostra natura razionale, del vostro senso, del vostro intelletto e della vostra volontà. Ecco la scienza dell'uomo e delle sue leggi corporee e psichiche; ecco l'anatomia, la fisiologia, la medicina, la psicologia, l'etica, la politica e quella somma di scienze, la quale, anche in mezzo ai suoi errori, è un inno a Dio che, plasmando l'uomo, gl'ispirò uno spirito di vita, superiore a quella degli altri esseri viventi, fatto a immagine e a similitudine sua. Il macrocosmo estrinseco materiale così dice di sè una gran parola al microcosmo intrinseco spirituale: l'uno e l'altro nella loro forza operosa sono sovranamente regolati dall'Autore delle leggi della materia e dello spirito, delle quali, come del supremo governo di Dio nel mondo, per non trattenere troppo a lungo la vostra attenzione, Ci riserbiamo di discorrere, se così piacerà al Signore, in altra occasione; ma i mutamenti dello spirito, che ascolta la voce e le meraviglie dell'universo, talora sono terribili, talora gli dànno le vertigini, talora lo esaltano e gli fanno dar passi anche nel cammino della scienza più giganteschi dei moti regolari dei pianeti e delle costellazioni dei cieli, fino a sublimarlo dal mondo fisico materiale del suo studio al mondo spirituale oltre il creato per lodare « l'Amor che muove il Sole e l'altre stelle ».

Questo amore, che ha creato, muove e governa l'universo, governa e regge anche la storia e il progresso della intiera umanità, e tutto dirige a un fine, occulto nella caligine degli anni al nostro pensiero, ma da lui fissato ab eterno per quella gloria che di lui narrano i cieli ed egli aspetta dall'amore dell'uomo, al quale ha concesso di riempire la terra e assoggettarla col suo lavoro. Possa questo amore commuovere e volgere il desiderio e la buona volontà dei potenti e di tutti gli uomini per affratellarsi, per operare nella pace e nella giustizia, per infiammarsi al fuoco della immensa e benefica carità di Dio, e cessar dall'inondare di sangue e seminare di rovine e di pianti questa terra, dove tutti, sotto qualunque cielo, siamo posti a militare, come figli di Dio, per una vita eternamente felice!

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

29 Decembris 1942. — Cathedrali Ecclesiae Barcinonensi praefecit Excmum P. D. Gregorium Modrego Casaus, hactenus Episcopum titularem Aezanitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Salmantinae Excmum P. D. Franciscum Barbado Viejo, hactenus Episcopum Cauriensem.

— Cathedrali Ecclesiae Giennensi R. D. Raphaëlem García et García De Castro, Canonicum Capituli metropolitani Granatensis.

— Cathedrali Ecclesiae Urgellensi R. D. Raymundum Iglesias Navarri, Ordinariatui Castrensi in Hispania addictum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Doritanae, cui est perpetuo et canonice adnexus Prioratus Quatuor Ordinum militarium in provincia Cluniensi, R. D. Emeterium Echeverría Barrena, Vicarium Generalem dioecesis Pampilonensis.

9 Ianuarii 1943. — Cathedrali Ecclesiae Penedensi R. D. Ferdinandum Gomes dos Santos, parochum oppidi « Patos » in dioecesi Caiazeirasensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Poglensi R. P. Gregorium Alonso, Ordinis Recollectorum S. Augustini, quem constituit Praelatum Praelaturae *nullius* Maraiensis, hactenus eiusdem Administratorem Apostolicum.

13 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae S. Flori R. D. Henricum Pinson, parochum loci Vierzon in archidioecesi Bituricensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Biltensi R. D. Emmanuelem Hurtado Garcia, parochum ecclesiae S. Mariae Magdalenae in urbe Granatensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Augustini Parrado et Garcia, Archiepiscopi Granatensis.

die 22 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Salutiarum Exc. P. D. Aegidium Aloisium Lanzo, hactenus Episcopum Tiberiensem necnon Auxi-

liarem Emi P. D. Henrici S. R. E. Card. Sibilia, Episcopi Sabinensis et Mandelensis.

— Cathedrali Ecclesiae Verulanae R. D. Aemilium Baroncelli, parochum S. Francisci Xaverii in Urbe.

die 25 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Agathopolitanae R. D. Casimirum Morcillo Gonzalez, Vicarium Generalem dioecesis Matritensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Leopoldi Eijo et Garay, Episcopi Matritensis.

die 26 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Bambergensi Exc. P. D. Iosephum Kolb, hactenus Episcopum titularem Veliciensem.

die 9 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Usulensi R. D. Nicolaum Eugenium Navarro, Vicarium Generalem archidioecesis S. Jacobi in Venezuela.

die 27 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Pharbaethitanae R. D. Franciscum Espino Porras, e dioecesi Chihuahuensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Antonii Guizar y Valencia, Episcopi Chihuahuensis.

die 11 Martii. — Archiepiscopali Ecclesiae Perusinae Exc. P. D. Marium Vianello, hactenus Episcopum Fidentinum.

die 12 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Veliciensi R. D. Eduardum Nécsey, Antistitem Urbanum, Vicarium Generalem dioecesis Nitriensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Caroli Kmetko, Episcopi Nitriensis.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

ORAE BENINI
(LAGOSENSIS)

DECRETUM
DE NOMINIS MUTATIONE

Cum Emi ac Revmi Patres, huic S. Congregationi de Propaganda Fide praepositi, in plenariis comitiis die 11 vertentis mensis huius anni habitis, novum in Nigeriae Britannicae finibus Vicariatum Apostolicum Ondo-Ilorinensem, qui Societati pro Missionibus ad Afros committeretur, territorii portionibus non ab Apostolico tantum Nigeriae Occidentalis Vicariatu, sed praecipue a Vicariatu Apostolico Orae Benini distractis, erigendum censuissent, nomen Vicariatus Apostolici Orae Benini,

praelaudatae Societati pariter commissi, non amplius cum praesentibus locorum adiunctis congruens visum est.

Itaque ipsi Emi ac Revmi Patres in eodem plenario coetu, attento voto Exc. P. D. Antonii Riberi, Archiepiscopi tit. Darensis et Delegati Apostolici Africae pro Missionibus, memoratum Vicariatum Apostolicum Orae Benini deinceps ab urbis Lagos, ubi Ordinarius residet, nomine Vicariatum Apostolicum *Lagosensem* appellandum decreverunt.

Quam Emorum Patrum sententiam, ab infrascripto huius S. Congregationis Secretario in Audientia diei 12 eiusdem mensis et anni Ssmo D. N. Pio Div. Prov. Papae XII relatam, ipse Summus Pontifex, benigne excipiens, ratam habere et confirmare dignatus est, praesensque ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 12 Ianuarii mensis, anno Domini 1943.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

RUTHENEN.

CANONIZATIONIS B. MARIAE GULIELMAE AEMILIAE DE RODAT, VIRGINIS, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS A SACRA FAMILIA.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur:

Hoc est in Ecclesiae more statutum quod, si post beatificationis sollemnia alicui Servo Dei concessa, fidelis populi devotio incrementum erga illum capiat, nec non plures gratiae seu miracula eius interventione a Deo ferantur accepta, canonizationis causa resumatur. Iamvero vix beatorum fastis Maria Gulielma Aemilia de Rodat die 9 Iunii a. D. 1940 fuit adscripta, cultus erga eamdem Beatam mire percrebuit, pluresque gratiae, nisi forte quoque miracula, a Deo patrata feruntur,

uti Excmi Archiepiscopus Albien., Episcopus Ruthenen. et Vabren., Episcopus Vivarien. nec non Generalis Superiorissa Sororum a S. Familia, quarum Institutum B. Aemilia fundavit, testantur.

Quapropter Revmus P. Eugenius Garnier, causae Postulator legitime constitutus, totius Instituti a S. Familia, praefatorumque Archiepiscopi et Episcoporum nomine humillimas Summo Pontifici preces porrexit ut canonizationis causa resumeretur. Quod, Deo favente, factum est.

Etenim in Ordinaria Sacrorum Rituum Congregatione, die 1 Decembris huius anni habita, Emus ac Revmus Cardinalis Alexander Verde, Causae huius Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum: *An signanda sit Commissio Reassumptionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur:*

Et Emi ac Revmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post Emi Ponentis relationem, audito R. P. D. Salvatore Natucci Fidei Promotore generali, omnibus perpensis, rescribendum censuere: *Affirmative,* nempe: *Signandam esse Commissionem Reassumptionis Causae si Ssmo placuerit.*

Facta postmodum subsignato die per R. P. D. Salvatorem Natucci Sanctissimo D. N. Pio Papae XII relatione, Sanctitas Sua, rescriptum Sacrae Rituum Congregationis ratum habens, propria manu *Commissionem Reassumptionis Causae Canonizationis B. Mariae Gulielmae Aemiliae de Rodat, Virginis, signare dignata est.*

Datum Romae, die 6 Decembris a. D. 1942.

✠ C. Card. Salotti, Episc. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

PISTORIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI IOSEPHI GIRALDI, LAICI PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur:

Ad humanum genus reparandum, quod per protoparentum superbiam adoptionem filiorum Dei perdiderat, misericordissimo sapientissimoque consilio Deus, per humilitatem incarnationis, passionis, immo et crucis

Filii sui, homines ad pristinam dignitatem regali munificentia restituit. Etenim *Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia* (Rom. V, 20).

Quoniam autem mundus maximi aestimat sapientiam, potentiam atque nobilitatem, *Deus*, ita docet Apostolus, *ut non glorietur omnis caro in conspectu eius* (1 Cor. I, 29), *quae stulta sunt mundi elegit ut confundat sapientes, et infirma mundi elegit ut confundat fortia, et ignobilia mundi et contemptibilia elegit, et ea, quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret* (ibid., 27-28). Additque: *Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu qui factus est nobis sapientia a Deo et iustitia et sanctificatio et redemptio: ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur in Domino glorietur* (ibid., 30-31).

Verum ut hos redemptionis fructus percipiamus, atque Filii Dei Domini Nostri Iesu Christi societate, in quam vocati sumus (cfr. ibid., 9), fruamur, discipulos eius fieri, tota mente totoque cordis affectu tanti Magistri praecepta recipere eique, tanquam exemplari, nos conformare oportet. « Ad discipulatum Christi, docet Seraphicus Doctor, requiritur perfecta humilitas, perfecta paupertas, perfecta caritas » (Com. in Luc., n. 29, c. VI, 13). Iamvero Frater Iosephus Giraldi, humilitate, paupertate atque caritate, ut videtur, excelluit, ideoque perfectus Christi discipulus atque Seraphici Patris strenuus sectator evasit.

Et sane die 26 Ianuarii a. D. 1853 in oppido S. Baronti, intra Pistorien. dioecesis fines, ex Aloisio et Euphrosyna Ferradini, agricolis, lucem aspexit puer, qui sequenti die baptismi gratiam accepit, cuique Paris, Orestis, Benvenuti nomina fuerunt imposita.

Duodecim annos natus sacrosancto Christi corpore primitus fuit refectus; anno autem 1868 Confirmationis sacramentum ab Episcopo Henrico Bindi accepit, qui Aemilii nomen ei imposuit. Ad pietatem proclivis, intra domesticos parietes nedum impedimentum, sed et exemplum et impulsum ad eam fovendam religiosissimae matris opera nactus est. Mature se ad religiosam vitam amplectendam vocatum sentiens, quum sancto huic sui animi voto satisfacere tunc ei datum non esset, Tertio Ordini S. Francisci interim se ascripsit, aliosque ad hoc tam salutare institutum allexit. Remotis tandem difficultatibus, sui voti compos factus, annum secundum supra vicesimum agens, a Fratribus Minoribus S. Francisci, in Conventu « del Monte Calvario », sito non longe a patrio oppido, prius uti Oblatus summis precibus excipi obtinuit, dein anno 1875, in festo S. Patriarchae Ioseph, tirocinium posuit, assumpto fratris Iosephi nomine. Quatuor post annos religiosam professionem emisit: denique die 1 Ianuarii a. 1883 sollemnia vota nuncupavit.

Iam inde a religiosae vitae initio maturae sanctitatis exemplar visus

est, nec ab incepto sanctae vitae curriculo umquam, vel minime, deflexit. Ordinis enim regulas Superiorumque praecepta aut consilia ad unguem servabat, muneribusque sibi assignatis egregie perfungebatur. Aeditui namque officium ita nitide administrabat, ut Ecclesiam accuratissime custodiret eique polituram splendoremque conferret, adeo ut fideles religiosius libentiusque eam frequentarent. Elcemosynam pro conventu quaeritandi praecipue ei fuit demandatum officium. Quo in munere exercendo insignia virtutum omnium praeclara dedit specimina; patientia nimirum enituit, animi demissione fuit singulari, quam paupertatis amore cumulavit; parcissimo se reficiebat cibo, asperrimum vitae genus agebat. Viva fides, immota in Deo spes cunctas eius informabat actiones, maxime vero ardentissima caritas, sine qua impossibile est placere Deo et per quam tantummodo ultimum finem assequi possumus. « Nulla virtus, docet Ioannes Duns Scotus, inclinat ad finem ultimum nisi mediante caritate, cuius est per se respicere finem ultimum, et ita si sola caritas respicit finem ultimum, immediate, aliae virtutes non erunt ad finem ultimum nisi mediante caritate » (in III Sent., dist. 36, q. 1). Frater Ioseph ut in caritate magis magisque proficeret, iugi precationi instabat. Quare nil mirum si laetos uberesque fructus humile eius ministerium in medio populi colligeret, familiarum pacem conciliando, omnes ad bonum impellendo, peccatores, eos praesertim, qui blasphema verba effutiebant, ad rectam vivendi atque loquendi normam efficacissime revocando, ita ut passim a fidelibus *Sanctus* appellaretur.

Laboribus morboque fractus die nona Maii mensis a. D. 1889 placidissimo exitu ex hac vita in caelum migravit.

Annis 1908-1910 in Pistoriensi episcopali curia informativae inquisitiones sunt peractae seu super scriptis, seu super fama virtutum et miraculorum seu quoque super cultu nunquam exhibito, atque, prout de iure, Sacrae huic Congregationi traditae. Interim duorum S. R. E. Cardinalium, plurium Archiepiscoporum et Episcoporum, praeprimis Episcopi Pistorien. et Praten., Cathedralis Capituli, Parochorum Collegii, Foraneorum Vicariorum Pistorii, Revmi Generalis Ministri O. F. M., clarissimorum virorum Magistratuum Pistorii et oppidi « Lamporecchio », in cuius ditione S. Baronti pagus extat, aliorumque, litterae Summis Pontificibus Pio XI s. m. et Pio XII feliciter regnanti porrectae sunt, ab eisdem Beatificationis causae huius Servi Dei Introductionem enixe postulantes.

Scriptis perpensis, S. haec Congregatio nihil obstare causae die 22 Decembris a. 1926 decrevit.

Servatis omnibus de iure servandis, Revmo P. Fortunato Scipioni,

O. F. M. Postulatore generali instante, in Ordinariis Sacrae huius Congregationis comitiis die 1 mensis huius Emus ac Revmus D. Cardinalis Raphaël Carolus Rossi, causae Ponens seu Relator, dubium proposuit disceptandum: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur,* atque de ea retulit. Emi ac Revmi Cardinales, Emi Collegae relatione perpensa, auditis quoque Officialium Praelatorum suffragiis necnon R. P. D. Salvatore Natucci Fidei Promotore generali, respondere censuerunt: *Affirmative,* nempe: *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem Beatissimo Patri, subscripto die, per eumdem R. P. D. Promotorem relatione, Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Fratris Iosephi Giraldi Sua manu dignata est signare.*

Datum Romae, die 6 Decembris a. D. 1942.

✠ C. Card. Salotti, Episc. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

III

TAURINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI IOANNAE FRANCISCAE A VISITATIONE S. MARIAE, IN SAECULO ANNAE MICHELOTTI, FUNDATRICIS PARVARUM SERVARUM A S. CORDE IESU PRO INFIRMIS PAUPERIBUS.

Super dubio

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Ad amorem et misericordiam erga inopes, infirmos atque miseros quosque allicere volens, Christus discipulis suis extremum iudicium revelat, in quo Ipse, in sede maiestatis suae, omnibus gentibus coram se congregatis, aeterni praemii pro iis qui misericordiae opera peregerunt, aeternae vero damnationis contra eos qui haec agere neglexerunt, sententiam proferet. Etenim: *Amen dico vobis,* ait, *quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis;* et: *Quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis* (Mt., 25, 40, 45).

Fratres suos homines declarat; baptismate enim filii Dei per adop-

tionem efficimur fratresque Christi. Quem Chrysostomus, quasi interrogans: « Quid ais? exclamat, si fratres tui sunt, quomodo minimos appellas? » eumque respondentem inducit: « Immo vero ideo fratres quia humiles, quia pauperes et abiecti. Hos enim, prosequitur S. Doctor, maxime ad fraternitatem convocat suam, qui ignoti et despicabiles sunt » (*Hom. 80,* ex cap. XXV Mt.).

Tantae veritati innixa, Serva Dei Ioanna Francisca a Visitatione S. Mariae pauperibus infirmis tamquam tenerrima mater se dedidit, atque ad tam divinum opus producendum in aevum, Sororum Institutum condidit, vulgo « Piccole Serve del S. Cuore di Gesù per gli am- « malati poveri ... quae praeter finem generalem ... specialem sibi propo- « nunt scopum aegrotos pauperes in privatis domiciliis curandi, prae- « sertim eos qui mediis omnino carerent, ut necessaria ad vitam sibimet « comparare possint » (S. C. de Rel. decr. laudis 3 Iun. 1932).

Annecii in Gallia, die 29 Augusti mensis anno 1843, ex Michaële Telesphoro Michelotti atque Petra Mugnier Serand. tertia ex quatuor eorum filiis, orta est Dei Famula, quae sequenti die sacris baptismi aquis est renata, accepto Annae nomine.

Sub piissimae matris disciplina in Domini timore et amore fortiter suaviterque fuit educata. Defuncto patre, qui patrimonium penitus absumpserat, familia a creditoribus pressa in summam devenit egestatem, quae cum matris tum filiae virtutes ut magis magisque perficerentur effecit.

Duodennis, sacro Christi corpore fuit primitus refecta, coepitque, praeeunte matre, infirmos visitare atque eisdem assidere curationesque diligentissime adhibere.

Infirmorum pauperum, qui ab omnibus derelicti, humanae societati diras imprecantes, saepe in desperationem delapsi, impias voces in Deum evomentes, moriuntur, miserata sortem, se ad eorum solamen atque salutem, divina extimulante gratia, vocatam sensit. Id autem secum ipsa volutans, dum fervidas preces effundit in ecclesia, in qua Ss. Francisci Salesii atque Ioannae Franciscae de Chantal sacrae exuviae asservantur, quasi ab his sanctis impulsa, Augustam Taurinorum anno 1871 venit. Biennio post, in humili domo, prope templum « S. Maria di Piazza », Archiepiscopo probante, Instituti fundamenta iecit. Anno 1874 ineunte, religiosas vestes, atque nomen: Ioannam Franciscam a Visitatione S. Mariae assumpsit. Sequenti anno, die Ss. Angelis Custodibus sacro, religiosa vota cum nonnullis sociabus nuncupavit. Etsi Ioanna Francisca, in Istituti exordiis, rerum omnium inopia laborabat, plures tamen puellae, Christo in infirmis pauperibus deservire cupientes, eidem

se adiunxerunt, quas ad arduum vitae genus, quod amplexatae fuerant, diligentissima cura, verbis, maxime vero exemplo, ipsa informare sategit.

In tota enim eius vita iugiter studuit et intendit suum cor filiarumque suarum Sacratissimo Cordi Iesu conformare. Quoniam autem « nemo potest, ut ait Augustinus, transire mare huius saeculi nisi Cruce Christi portatus », multis tribulationibus et angustiis fuit tentata, quas fortiter Deo confisa superavit, magnifica relinquens humilitatis, fortitudinis, patientiae, prudentiae, ceterarumque virtutum exempla, quae Instituto a se condito divina beneficia mire conciliaverunt. Hoc enim, in nonnullis dioecesibus, ea vivente, multoque magis post eius mortem propagatum, lectos uberrimosque fructus in animarum et corporum salutem attulit, meruitque iuris pontificii titulo, per decretum S. C. de Religiosis die 3 Iunii a. 1932, decorari.

Ioanna Francisca, laboribus fracta meritisque cumulata, Ecclesiae sacramentis refecta, die 1 Februarii mensis a. 1888, postero quam S. Ioannes Bosco, cuius provido utebatur consilio, inter caelites est receptus, in Domini osculo quievit.

Super Sanctitatis fama longe lateque diffusa, super scriptis nec non super obedientia Urbani Pp. VIII decretis de cultu liturgico Dei Servis non praestando, annis 1933-1935, canonicae inquisitiones ordinaria auctoritate in Taurinensi Curia peractae sunt.

Die 27 Novembris a. 1937 S. R. C. decretum edidit, quo scriptis perpensis, *Nihil obstare,* declaravit, *quominus ad ulteriora procedi possit.*

Interea plures postulatoriae litterae, praeprimis Emi ac Rmi Card. Archiepiscopi Taurinen., plurium Archiepiscoporum et Episcoporum; item Capituli Metropolitani, Collegiatae Ss. Trinitatis, Collegii Parochorum, Parvae Domus a Divina Providentia et Seminarii Taurinensis Archidioecesis; Moderatorum generalium Societatis S. Francisci Salesii, Filiorum S. Mariae Immaculatae, Missionum a Consolata; Seminariorum Ianuensium; item generalium Moderatricum Filiarum Mariae Auxiliatricis, Sororum a Providentia, Auxiliatricum Animarum Purgatorii, Praesidum Piae Societatis S. Vincentii a Paulo et Virorum Actionis Catholicae, nec non Mulierum praesidentium Societati a caritate Taurinensi, aliorumque enixe Causae huius Dei Famulae Introductionem expetentium, Summo Pontifici oblatae sunt.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instante R. P. D. Ioanne Rosso, Urbano Antistite, Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali Substituto, huiusque Causae Postulatore, in Ordinario S. R. C. coetu, die 1 Decembris mensis habito, infrascriptus Cardinalis Causae Ponens seu Relator Dubium proposuit: *An signanda sit Commissio Introdu-*

ctionis Causae praedictae Servae Dei in casu et ad effectum de quo agitur, et super hoc de more retulit.

Emi ac Rmi PP. Cardinales, relatione hac audita, nec non auditis Rmorum Officialium Praelatorum scripto datis suffragiis atque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei generali Promotore, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt: *Affirmative,* nempe: *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem Beatissimo Patri per eundem R. P. D. Promotorem relatione, Sanctitas Sua, subsignato die, Emorum Patrum rescriptum ratum habens, *Commissionem Introductionis Causae Servae Dei* Ioannae Franciscae a Visitatione S. Mariae *Sua manu dignata est signare.*

Datum Romae, die 6 Decembris a. D. 1942.

✠ C. Card. Salotti, Episc. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

IV

MEDIOLANEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI CONTARDI FERRINI, VIRI LAICI, PROFESSORIS ATHENAEI PAPIEN. ET ALIORUM.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et miraculorum,* Tuto *procedi possit ad sollemnem eiusdem Ven. Servi Dei Beatificationem.

« Iustitia, ita S. Augustinus, est virtus, quae sua cuique distribuit » (De Civ. D. lib. XIX c. XXI) et S. Thomas classicam Ulpiani definitionem pressius declarans, docet: Iustitia est habitus, « secundum quem aliquis constanti et perpetua voluntate ius suum unicuique tribuit » (2-2, LVIII, 1, c.). Quoniam autem in humana societate tranquillitas ordinis obtineri nequit, quin ius suum unicuique tribuatur, recte dicitur iustitiam esse regnorum fundamentum. « Iustitia, merito s. Bruno Astensis scribit, quam necessaria sit ipsae leges imperatorum et canones et decreta sanctorum, quae ad ipsius custodiam facta sunt, satis ostendunt » (ap. Robert. Aurif.). Nobilissima est itaque scientia iuris, quod, cum unicuique suum tribuere doceat, ad commune societatis bonum ordinatur.

Ius autem definitur: Ars boni et aequi (Celsus); nihil autem bonum est, uti perbelle scribit Angelicus Doctor, vel apparet bonum, nisi secundum quod participat aliquam similitudinem summi boni, quod est

Deus » (1, 105, 5. c.) : perfectissima quoque aequitas nonnisi in Deo est, a quo, veluti a fonte, humana iura procedunt, quae eo magis perfectionem attingunt, quo magis divino iuri conformantur. Humana porro inter iura ceteris longe antecellit, Romanum, cuius sapientiam omnes admirantur, quodque fuit et est iuridicae scientiae totius mundi fundamentum princeps.

Plurimi saeculorum decursu suis lucubrationibus ius hoc illustravere : nostro autem tempore, Venerabilis Contardus Ferrini, cum libris editis tum doctissimis in Studiorum Universitatibus Messanensi, Mutinensi atque Papiensi, lectionibus habitis, summis Romani et Byzantini Iuris cultoribus merito annumeratur.

Verum, etsi Venerabilis Contardus humana scientia praeclarus exstitit, longe maiori laude, ob christianarum omnium virtutum exercitium, est celebrandus, utpote qui plane beati Ambrosii optato satisfecerit : « Legis peritum in omnibus volo esse perfectum » (In Lc. c. 8).

Porro non solum ore sed iuridicis quoque scriptis praelo editis ab evangelica doctrina vetus ius perfectum fuisse docuit (cfr. e. g. Riv. Intern. di Sc. soc. Ag. 1894, p. 581), privatis vero scriptis piissimum animum caelestium desiderio flagrantem prodidit, atque amicos aliosque, sibi aliquo necessitudinis vinculo adstrictos, ad pietatem in Deum et in homines, quos omnes Dei amore proximos habebat, suavissime impulit. Christianae perfectionis studio Tertii Ordinis s. Francisci regulam est professus. Ut autem liberius studiis ac pietatis operibus vacare posset, castitatis voto se astrinxit. Contardus, utpote vere sapiens, singulari nituit humilitate iuxta illud Proverbiorum : *Ubi est humilitas ibi et sapientia* (11, 2). Tenerrima quoque erga Sacrosanctam Eucharistiam religione tenebatur, tum longas coram ea producendo moras veluti a sensibus abstractus, cum ad eam quotidie sumendam magna pietate accedens. Nec a paenitentialibus cruciatibus se abstinuit. Domini praeceptum servans : *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua* (Mt. 6, 3), pauperibus, iuvenibus praesertim qui studiis operam dabant, large quidem, sed clanculum opitulabatur.

Hae ceteraeque virtutes, quae admirationem et reverentiam, quoad vixit, ei conciliaverant, postquam sanctam ipse mortem oppetiit, quae die 17 Octobris a. 1902 contigit, magis magisque innotuere atque sanctitatis famam foverunt. Ipse Dei Servus Pius Papa X Ven. Contardi beatificationis causae favit. Ordinaria itaque auctoritate Revmus Cardinalis Andreas Carolus Ferrari sa. me., Archiepiscopus Mediolanen., informativas de more inquisitiones peregit, post quas, die 6 Iulii a. 1922, recolendae memoriae Pius Papa XI causae Introductionis Commissionem sua

manu signavit. Qui pariter, Apostolico processu rite confecto, atque in quatuor S. R. Congregationibus Servi Dei virtutibus diligentissime expensis, decretum, has omnes eum in gradu heroico exercuisse declarans, die 8 Februarii a. 1931 promulgari mandavit. Duo quoque miracula, eo intercedente, a Deo fuisse patrata per decretum, die 15 Martii elapso anno Te. Beatissime Pater, approbante, latum constat.

Verum hoc unum ad sollemnia Beatificationis celebranda desiderabatur, ut dubium : *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum,* Tuto *procedi possit ad eiusdem Venerabilis Servi Dei sollemnem Beatificationem* disceptaretur.

Dubium hoc die 9 Iunii, eiusdem anni, subscriptus Cardinalis Causae Ponens, in generalibus S. R. C. comitiis coram Ssmo D. N. Pio Papa XII habitis, proposuit. Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores unanimi voto in affirmativum concessere suffragium.

Verum Beatissimus Pater cunctandum esse ratus est, ut suis aliorumque precibus divinam voluntatem agnosceret, antequam Suam ederet sententiam.

Tandem hodierna die Dominica, in festo Ssmi Nominis Iesu, ad Vaticanas aedes subscriptum Cardinalem Episcopum Praenestinum, S. R. C. Praefectum nec non causae Venerabilis Ferrini Ponentem, una cum R. P. Salvatore Natucci Fidei generali Promotore, meque Secretario accivit, sacraque Hostia religiosissime litata, edixit : Tuto *procedi posse ad venerabilis* Contardi Ferrini *sollemnem Beatificationem.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri nec non Apostolicas Litteras sub anulo Piscatoris de Beatificationis sollemniis, in Patriarchali Basilica Vaticana quandocumque celebrandis, expediri mandavit.

Datum Romae, die 3 Ianuarii a. D. 1943.

✠ C. Card. Salotti, Episc. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

ORATIO AD SANCTISSIMAM TRINITATEM INDULGENTIIS DITATUR

Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XII, in audientia infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 6 Februarii c. a. concessa, omnibus christifidelibus benigne largiri dignatus est partialem trecentorum dierum Indulgentiam toties lucrandam quoties orationem « *Sanctissima Trinitas, adoramus te et per Mariam rogamus te. Da omnibus unitatem in fide eamque fideliter confitendi animum* » saltem corde contrito recitaverint et plenariam suetis conditionibus semel in mense acquirendam, si quotidie per integrum mensem eamdem recitationem persolverint.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, e S. Paenitentiaria Apostolica, die 9 Februarii 1943.

N. Card. CANALI, *Paenitentiarius Maior.*

L. ✠ S.

S. Luzio, *Regens.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 25 febbraio 1943, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dott. CHÉOU KANG SIÉ, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica di Cina, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Lunedì, 1° marzo 1943, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Conte Dott. GALEAZZO CIANO DI CORTELLAZZO, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario d'Italia, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE «DE PROPAGANDA FIDE»

La Sacra Congregazione « de Propaganda Fide » con Decreto in data 5 dicembre 1942, ha nominato l'Illmo e Revmo Monsig. Bellarmino Garcia Feito, *Presidente della Pontificia Opera della Propagazione della Fede per la Repubblica di Cuba.*

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 23 febbraio 1943, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla augusta presenza di Sua Santità Pio Papa XII, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno dato il loro voto:

A) Sul *Tuto* per la beatificazione dei Venerabili Servi di Dio: Gregorio Grassi, Vescovo di Ortosia; Francesco Fogolla, Vescovo di Bage; Antonio Fantosati, Vescovo di Adrae, e 26 Compagni uccisi in Cina in odio alla fede.

B) Sulla eroicità delle virtù del Servo di Dio Innocenzo da Berzo, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini.

Martedì, 9 marzo 1943, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori

Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del Venerabile Servo di Dio Modestino di Gesù e Maria, sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato in data 11 marzo 1943, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare Sua Eccellenza il Principe Don Leone Massimo, *Sopraintendente Generale alle Poste,* annoverandolo in pari tempo fra i Suoi Camerieri Segreti di Spada e Cappa Partecipanti.

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

1 marzo 1943. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore dell'Istituto di S. Dorotea di Cemmo di Capodiponte* (Brescia).

Assistenti al Soglio Pontificio:

26 novembre 1941. S. E. Revma Monsig. Tommaso Williams, Arcivescovo di Birmingham.

10 febbraio 1943. S. E. Revma Monsig. Francesco Steinmetz, Vescovo tit. di Adriani, già Vicario Apostolico di Dahomey.

17 » » S. E. Revma Monsig. Carmelo Patané, Arcivescovo di Catania.

1 marzo » S. E. Revma Monsig. Carlo Pensa, Vescovo di Penne ed Atri.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

16 marzo 1941. Monsig. Patrizio J. Coyle, dell'archidiocesi di Toronto.

2 agosto » Monsig. Oliviero Zaccaria Letendre, della diocesi di Sherbrooke.

16 novembre » Monsig. Guglielmo C. McGrath, dell'archidiocesi di Toronto.

7 febbraio 1943. Monsig. Vendelino Húska, della diocesi di Scepusio.

12 marzo » Monsig. Pasquale Vito, della diocesi di Calvi.

17 » » Monsig. Giovanni Battista Rapella, della diocesi di Como.

Prelati domestici di Sua Santità:

10 aprile 1941. Monsig. Francesco Giuseppe O'Sullivan, della diocesi di Peterborough.
28 maggio » Monsig. Leonardo Emery, dell'archidiocesi di Birmingham.
» » » Monsig. Giovanni Roskell, della medesima archidiocesi.
9 luglio » Monsig. Luigi Urzúa Urzúa, della diocesi di Antofagasta.
11 » » Monsig. Samuele Valdes-Cortez, dell'archidiocesi di Santiago del Chile.
» » » Monsig. Francesco Saverio Valdivia, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Oscar Larson, della medesima archidiocesi.
1 agosto » Monsig. Arturo Bonin, della diocesi di Sherbrooke.
» » » Monsig. Luca Napoleone Castonguay, della medesima diocesi.
11 » » Monsig. Riccardo Castro, della diocesi di Talca.
12 marzo 1942. Monsig. Leone Giovanni Byrne, dell'archidiocesi di Kingston.
» » » Monsig. Michele Meagher, della medesima archidiocesi.
13 aprile » Monsig. Raimondo Michele Clarke, della diocesi di Pembroke.
16 novembre » Monsig. Vittorio Wurzer, dell'archidiocesi di Trento.
7 febbraio 1943. Monsig. Giuseppe Tomanócy, della diocesi di Scepusio.
» » » Monsig. Giuseppe Kapala, della medesima diocesi.
13 » » Monsig. Salvatore Nestola, della diocesi di Nardò.
16 » » Monsig. Antonio Sutera, della diocesi di Agrigento.
19 » » Monsig. Lorenzo Lo Verde, dell'archidiocesi di Palermo.
» » » Monsig. Nicola Giuliano, della diocesi di Avellino.
22 » » Monsig. Giuseppe Arena, della diocesi di Vicenza.
23 » » Monsig. Luigi Verbatto, della diocesi di Owensboro.
» » » Monsig. Andrea Cristiano Zoeller, della medesima diocesi.
1 marzo » Monsig. Gioacchino Cañís y Olivé, della diocesi di Barcellona.
13 » » Monsig. Rodolfo Valenti, della diocesi di Trieste.

NECROLOGIO

13 dicembre 1942. Monsig. Agostino Tardieu, Vescovo tit. di Vada, Vicario Apostolico di Quinhon.

2 gennaio 1943. Monsig. Ludovico Fillon, Arcivescovo di Bourges.

10 » » Monsig. Giuseppe Mariétan, Vescovo tit. di Agatopoli.

12 » » Monsig. Ferdinando Rodolfi, Vescovo di Vicenza.

20 » » Monsig. Giovanni Giacomo de Hauck, Arcivescovo di Bamberga.

28 » » Monsig. Lodovico Szmrecsányi, Arcivescovo di Agria.

31 » » Monsig. Enrico Montalbetti, Arcivescovo di Reggio Calabria.

18 febbraio » Monsig. Vincenzo Camacho, Vescovo di Tabasco.

24 » » Monsig. Francesco Saverio Vogt, Vescovo tit. di Celenderi, Vicario Apostolico di Yaoundé.

27 » » Monsig. Giovanni Geraldo Neville, Vescovo tit. di Carre.

2 marzo » Monsig. Rodolfo Gerken, Arcivescovo di Santa Fé degli Stati Uniti d'America.

11 » » Monsig. Angelo Soracco, Vescovo di Fossano.

» » » Monsig. Emanuele Raimondo de Mello, Arcivescovo Vescovo tit. di Stobi.

12 » » Monsig. Giovanni Battista Castanier, Vescovo tit. di Zenopoli di Isauria.

16 » » Monsig. Ermanno Giuseppe Sträter, Vescovo tit. di Cesaropoli, Amministratore Apostolico di Aquisgrana.

17 » » Emo Signor Card. Arturo Hinsley, Arcivescovo di Westminster.

18 » » Monsig. Arnoldo Francesco Diepen, Vescovo di Bois-le-Duc.

19 » » Monsig. Paolo Castiglioni, Vescovo tit. di Famagusta.

DISCORSI DEL SOMMO PONTEFICE PIO XII

Vol. I - Dal 3 marzo 1939 al 5 maggio 1940. Pp. 421 e ritratto di Sua Santità.
Vol. II - Dall'8 maggio 1940 all'8 ottobre 1941. Pp. 440 e ritratto di Sua Santità.
Vol. III - Dal 26 ott. 1941 al 26 dicembre 1942. Pp. 404 e ritratto di Sua Santità.

Vol. I (2ª ediz.) L. 25 — Vol. II L. 20 — Vol. III L. 30 —

MONS. G. FERRETTO

NOTE STORICO-BIBLIOGRAFICHE DI ARCHEOLOGIA CRISTIANA

Città del Vaticano, tipografia poliglotta Vaticana, 1942, pp. XI-484, 125 illustrazioni
Roma L. 80 — Italia L. 80 — Estero L. 88 —

IL SANTO VANGELO DI N. S. GESÙ CRISTO e gli Atti degli Apostoli. Traduzione italiana illustrata con note. 515ª ristampa con l'aggiunta di un Manuale di Preghiere (Pia Società di S. Girolamo per la diffusione dei Santi Vangeli). Pp. xx-460-80*.

In Roma presso la Sede della Società (Libreria Vaticana) . . .	L. 3 —
In Italia franco di porto: copie 1	» 3,50
» » » 4 pacco da 1 kg.	» 14,50
» » » 13 » 3 »	» 43,50
» » » 22 » 5 »	» 72,50

Vita di N. S. Gesù Cristo secondo gli Evangeli.

In Roma, presso la Società	L. 2,50
In Italia, franco di porto	» 3,10

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
SPECIMEN EXAMINIS ORDINANDORUM. Editio tertia post Codicem. Romae, 1943. In-16°, 292 pp.	12 —	13 —	14 —

Ordinandis directa qui periculis ad ordines sunt obnoxii, haec Summula, per quaesita et responsa, ea omnia exhibet quae de statu clericali, de ordinatione, de ordinibus in communi ac singillatim, de sacrificio Missae ipsis scire necesse est. Huius editionis materia uberior est quam praecedentium, forma expolitior et magis perspicuus ordo. Accedunt ritus pro ordinibus conferendis ex Pontificali Romano cum ordine Missae ordinationis, synopsis rituum Missae, et sylloge documentorum ac formularum quae ordinationi praerequiruntur.

L'ATTIVITÀ DELLA SANTA SEDE dal 15 dicembre 1940 al 15 dicembre 1941 (Non ufficiale). Tip. Poliglotta Vaticana, 1942. In-12°, pag. 93	5 —	5,50	6,25
— Dal 15 dic. 1941 al 15 dic. 1942 (Non ufficiale). In-8°, pag. 156 . . .	12 —	13 —	14 —
PICCOLO LIBER CANTUS. Manuale di canto liturgico per uso parrocchiale dei fedeli, degli istituti e delle Associazioni di Azione Cattolica. IV Ediz. mm. 150x94; pp. 606 (N. 42 della biblioteca ceciliana di propaganda dell'A. I. S. C.)	15 —	15,80	19 —
P. LUGANO, Ab. O. S. B. **Le Sacre Stazioni Romane nella Quaresima e l'Ottava di Pasqua.** Note storiche e preci stazionali. Seconda edizione. Pp. 120. In-24°	6 —	6,50	7 —
DE SACRIS SANCTORUM RELIQUIIS cum peculiari respectu ad lipsanothecas Episcopales et Maiorum Ecclesiarum, auctore FRANCISCO H. FERRETTI, Proton. Apostolico. In-8°, pag. 30	3,50	4 —	4,25

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis **"Acta Apostolicae Sedis"**
(Libreria Vaticana - Città del Vaticano — °/₀ postale N. 1-16722)

ANNUARIO PONTIFICIO

PER L'ANNO 1943

Ritratto di S. S. Pio XII e stemma a colori - Legatura in tela, titolo in oro.

La serie dei Romani Pontefici - La Gerarchia Cattolica: Pontefice regnante - Collegio dei Cardinali - Patriarcati - Arcivescovati e Vescovati residenziali - Arcivescovati e Vescovati titolari - Abbazie e Prelature Nullius - *Amministrazioni Apostoliche* ad nutum Sanctae Sedis - *Prelati di rito orientale con giurisdizione ordinaria - Vicariati Apostolici - Prefetture Apostoliche - Missioni e Distretti* sui iuris - *Custodia di Terra Santa - Religiosi - La Curia Romana - Sacre Congregazioni - Tribunali - Uffici - Rappresentanze della Santa Sede - Corpo diplomatico presso la Santa Sede - Commissioni permanenti - La Cappella Pontificia - La Famiglia Pontificia - Elemosineria Apostolica - Uffici e amministrazioni Palatine - Ordini equestri - Stato della Città del Vaticano.*

APPENDICE: *Vicariato di Roma - Vicariato della Città del Vaticano - Istituti di studi superiori - Accademie Pontificie - Istituti Ecclesiastici di educazione e di istruzione - Seminari - Collegi ecclesiastici - Collegi di religiosi - Ospizi - Istituto per le Opere di Religione - Elenchi alfabetici degli appartenenti alla Cappella e alla Famiglia Pontificia - Elenco alfabetico degli Ordini, Congreg. e Istituti Religiosi Femminili di Diritto Pontificio - Dati statistici - Distribuzione geografica delle Sedi residenziali, Vicariati e Prefetture apostoliche, ecc. - Riti - Elenco alfabetico dei nomi* de Curia - *Elenco alfabetico dei nomi latini degli Ordini, Congr. ed Istituti Religiosi - Sigle dei Religiosi - Dignitari defunti - Indice alfabetico dei nomi delle persone - Indice delle materie - Indice schematico del volume.*

In Italia L. 75 Estero L. 80 franco di porto

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
OFFICIUM MAIORIS HEBDOMADAE et Octavae Paschae a Dominica in Palmis usque ad Sabbatum in Albis, cum cantu. Iuxta ordinem Breviarii, Missalis et Pontificalis romani. Editio typica Vaticana, in-8°, *Charta indica:*			
In brochure	30 —	32 —	34 —
Linteo contectum, sectione foliorum rubra	45 —	47 —	49 —
MISSA IN DOMINICA PALMARUM cum cantu. Accedunt Hora Tertia, Aspersio aquae benedictae et Benedictio Palmarum. Excerptum ex **Officio Maioris Hebdomadae.** Editio typica Vaticana, pp. 64.			
In brochure	5 —	6 —	6,50
Linteo contectum, sectione foliorum rubra	17 —	18 —	19 —
In Triduo Sacro Maioris Hebdomadae. Officium et Missa cum cantu, excerptum ex **Officio Maioris Hebdomadae.** Editio typica Vaticana, pp. IV-240.			
Charta subtili non translucida: In brochure	15 —	16 —	18 —
Linteo contectum, sectione foliorum rubra	30 —	32 —	34 —
CANTUS PASSIONIS DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI secundum Matthaeum, Marcum, Lucam et Ioannem, SSmi D. N. Benedicti XV Pontificis Maximi iussu restitutus et editus, ex editione authentica excerptus.			
FASCICULUS I. - **Chronista.** *Cantus Evangelii ad libitum.*			
FASCICULUS II. - **Christus.**			
FASCICULUS III. - **Synagoga.**			
Editio in-fol. min. (23×33), in charta manufacta et charactere rubro et nigro, in tres fasciculos divisa	60 —	63 —	66 —
— Tres fasciculi, *linteo nigro seiunctim contecti, titulo aureo*	120 —	123 —	130 —
Editio in-8° min., fol. 96, cum incisis imaginibus nigris	5 —	6 —	6,50
— *Linteo contectum, sectione foliorum rubra*	17 —	18 —	19 —
LAZZARATO Sac. Avv. DAMIANO. - **LA PASSIONE DI GESÙ CRISTO.** Illustrazione storico giuridica del testo sinottico, 1932. In-12°, pp. 188	10 —	11 —	11,50

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis **" Acta Apostolicae Sedis "**
(*Libreria Vaticana - Città del Vaticano — c/c postale N. 1-16722*)